

(44) Nobilibus quibusuis integrum erit domi suae libera conscientia ac religione uiuere, cum familijs et subditis ijs qui eo libere sese conferre uoluerint.

In unoquoque Balliuatu, senescallatu ac prefectura, Rex ad euangelistarum postulata providebit de loco et urbe exercitio religionis comoda, ut Deo cum securitate et protectione sua. M^{ts} earum ditiorum homines, qui uolent, proficiantur. Nihilominus tamen in alijs Urbibus, pagis, ceterisq; locis in quibus ea uiget religio, in priuatis adibus eo beneficio coniunctim frui poterunt, sublata omni questione, ac interdicta omni molestia nomine conscientiae.

In omnibus oppidis in quibus religio hodie pure exercetur, praeter ea quae in singulis Balliuatu, senescallatu et prefectura nominatim assignabuntur, idem religionis exercitium continuabitur, citra alterius tamen religionis impedimentum.

Omnes Vrbes in suum pristinum statum et commerciorum libertatem restituentur, extraneis regno eiectis.

Singuli ad sua reuertentur, restituenturq; in possessionum, honoru et dignitatum integritatem, abrogata sententiarum contra latarum auctoritate.

Sua maiestas dignabitur declarare omnes et singulos utriusq; religionis sub sua fore protectione securos.

(45) LIBELLVS A REGINA EXHIBITVS.

Nobilibus quibusuis, baronibus, castellorū G^{ts}fectis, et ijs qui plenu et summum ius in suis habent integrum erit domi suae cum familijs libera conscientia ac religione uiuere.

In unoquoque Balliuatu, et senescallatu Rex locum quem uolet designabit ubi exercitium fiat religionis, et ad quem solum locum qui eare sunt ditiorum, si uolent, conueniant. Nihilominus attamen cuius ubiq; permissum sit domi suae libere uiuere, sublata omni questione, et interdicta omni molestia nomine conscientiae.

Omnes Vrbes in suum pristinum statum et commerciorum libertatem restituent, extraneis regno eiectis.

Singuli ad sua reuertentur, restituenturq; in integras possessiones, honores et dignitates, abrogata sententiarum contra latarum auctoritate.

In omnibus oppidis in quibus religio hodie pure exercetur, ultra ea quae in singulis Balliuatu, senescallatu, nominatim assignabuntur, idem religionis exercitium continuabitur, citra alterius tamen religionis impedimentum.